



Benevolo Lectori salutem & officia.

DUm integram juris doctrinam, benevole Lector, in tui favorem operose edere depropero, eamque ob plurima commoda lexici instar disponere volui, ut tanto facilius omnes juris materias statim inquirere possis, id non sinistrè interpreteris, amicè rogo; imprimis, ut iudicium tuum juxta doctrinam legis 24. ff. de legib. de meo opere ac labore tamdiu suspendas; donec illud ad finem cum granofalis accuratè perlegeris; quoniam incivile est, inquit Imperator Justinianus, ut quis unâ vel alterâ operis particulâ saltem inspectâ de toto opere iudicium ferre velit. Sponfionem tecum faciam, iudicium tuum, (si æquo animo feratur) de meo opere fore benignius, quàm primo laboris mei intuitu tibi imaginari potuisti. Quandoquidem illud non absque multo labore & lucubratione circumfpectè elaboraverim in omnium & singulorum utilitatem. Quanquam ipse sponte confitear, me non inaudita, & plurima in morab
libus